INDULT DE N. S. P. LE PAPE.

Indult 23 juin 1881.

J. M. J.

MARIANAPOLITANA.

Civitas Marianapolitana apud Insulam Montis Regalis in Provinciâ Quebecensi, à Deipara Virgine nomen mutuata, à piis fundatoribus antequàm conderetur anno 1642, sub protectione ejusdem Beatæ Mariæ positafuit: undè factum est ut unica Parochialis Ecclesia olim in eâ existens titulo SSmi Nominis Mariæ decoraretur; atque primus ejusdem civitatis Episcopus, 1836, vix erecta sede, Festum supradictum tanquam patronale per totam diœcesim mandaverit. Hujusmodi vero Beatæ Mariæ Virginis in Patronam electio deinceps ab Episcopo successare propter omissionem farmæ a sa: mei Urbano Papa VIII prœscriptæ invalida declarata fuit; acproindè, territorio antiquæ Parochiæ recenter in plures distinctas parochias diviso, major pars civitatis glorioso ipsius Deiparœ Nomini, etsi singulari prorsùs modo dicatæ, nunc caret facultate Festum illud uti patronale solemniter celebrandi. Quapropter Rmus Dnus Eduardus Carolus Fabre, hodiernus Episcopus Marianapolitanus, piorum sui cleri Populique votorum conscius et testis, humillimè à SSneo Dno Nostro Leone Papa XIII efflagitavit ut revalidatâ, in quantùm opus est, electione, declarare dignaretur Beatam Mariam Virginem Civitatis Marianapolitanæ atque insimul totius Diœceseos Patronam, festumque ejusdem SSmi Nominis tanqùam Patronale sub ritu duplicis prima classis cum Octavâ quotannis esse celebrandum, integro tamen permanente jure similiter Festum Sanctæ Annæ colendi, utpote patronale totius Provinciæ Quebecensis. Sanctitas porro Sua, referente subscripto Sacrorum Rituum Congnès Secretario, in omnibus annuere dignata est justà preces: dummodo Rubricœ serventur.—Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 23 junii 1881...

D. Cardinalis Bartolini S. S. C. Præfectus.

Plac. Ralli, S. R. C. Secrius.

✝ Locus sigilli.

TRADUCTION

La Cité de Villemarie dans l'Ile de Montreal, Province de Québec, dont le nom est emprunté de la Vierge mère de Dieu, fut placée par ses pieux fondateurs, même avant sa naissance, en 1642, sous la protection de la mère Bienheureuse Vierge Marie. D'où il advint que l'unique église paroissiale qui y existait autrefois était ornée du titre du SS. Nom de Marie; et que, en 1836, le siège